

CANTICUM PRAEDONUM ET NAUTARUM

Praedones ecce sumus,
 ut rapiamus adsumus
 et merces et feminas,
 deind^e omnes nautas
 ut statim occidamus
 et protinus eamus.

Praedones venerunt huc
 ut omnia raperent:
 et merces et feminas;
 deind^e omnes nautas
 ut occiderent statim,
 et protinus abirent.

Praedones ecce sumus
 foedissimi habemur:
 ille ^est surdus, ille caecus, ille claudus,
 et in freto versamur,
 cum pecuni^a alliciamur.

Praedones olim fuerunt,
 foedissimi qui erant:
 fuit surdus et caecus et nonnulli claudi,
 quⁱ in freto navigabant
 cum pecuniam quaererent.

Praedones feri sumus,
 vos omnes necabimus,
 et ita feroces vobiscum erimus,
 ut nemo iam salvus sit:
 ut moriamini omnes.

Praedones nos terrebant,
 et omnes orabant ut
 sibi parceretur – navis servaretur
 cum pecuniam haberent,
 quam trader^e eis possent.

– *Scriptis Salvator Bellavia*

♪ *I'm Popeye the sailor man*

canticum -i n = carmen